

**Magister CONRADVS DE MARPVRG**

*ad huc insisterent huic negotio; ex quo ipsius in religione feruor facile cuiquam patebit. Vt enim iudice Viro summo, SIM. FRID. HAHNIO austerus, iniustus et multae ambitionis homo erat, d) ita Dominicanorum Ordo optimam ipsi praebebat occasionem duris his et fastuosis moribus san-  
faciendi. Notum enim est Romanum Pontificem, Sanctum Dominicum superbo In-  
qui-*

---

*Sanctorum adscribi fecit, et ut in ecclesia catholica celebris haberetur. Eadem vero die qua eius sanctum corpus de tumulo leuatum est, ex omnibus regionibus circum adiacentibus multi Magnates conuenerunt: Archiepiscopi, Episcopi, et alii nobiles viri Marchiones, Principes, et etiam multi Abbates et communis vulgi innumerabilis multitudo. Interfuit interea ille Fridericus I. quondam Imperator, quem Innocentius IV. Papa congregata Synodo Episcoporum apud Lugdunum ab Imperatoria dignitate deposuit: hic scyphum aureum, in quo solitus erat bibere, obtulit B. Elizabeth, in quo et caput eius reconditum est. Ipsa enim B. Elizabeth cognata ipsius Friderici fuisse dicebatur. Ubi ex tunc illa sancta matrona tantis miraculis claruit, ut nullus sanctorum in partibus illis secundus ei esse videretur.*

d) THEODORICVS THVRINGVS in appendice operis de vita morte et miraculis S. Elisabethae apud LAMBECIUM in Biblioth. Vindob. L. II. p. 884, ipsum virum instum et praedicatorum egregium appellat.